

monis habitudo ^{a)}) equaliter cunctis, prout videbatur, in ^{b)}) gratia erat condita. Pietati siquidem ^{c)}) ac ^{d)}) misericordię expleri ^{e)}), non quit ^{f)}), quantum operam ^{g)}) dabat. Cum supernę dulcedinis nectare artificialis ^{h)}) etiam musicę perdoctus ac comptus dogmate, quicquid in psallendo ⁱ⁾) choris suorum psallebatur die ac nocte tam in antiphonis quam in responsoriis vel ymnis, corrigendo et emendando ad tantam direxit ^{k)}) rectitudinem, ut nullis decentius ac rectius psallere contingat in tota ecclesia Romana. Psalmorum nichilominus concentum dulcissimo ultra omnes distinguens decoravit melodimate ^{l)}) ²⁹⁾). (cap. 25) Erant igitur, ut diximus, sub eiusdem patrocínio tam maxima quam minora perplura monasteria atque coenobia, quę videlicet ipse omnia aut a fundamentis innovavit vel ^{m)}) ampliando honestavit. Nam sancti martyris Benigni, ut dicere coepimus ⁿ⁾), cui deo auctore ^{o)}) primitus pastor allegatus fuerat, basilicam ^{p)}) incomparabili opere pene ^{q)}) expletam ^{r)}) iam Brunone defuncto Lambertoque in sede illius surrogato ^{s)}) ³⁰⁾) placuit, ut eadem basilica pontificali ex more benedictione sacraretur. Tunc denique ad votum ipsius patris ^{t)}) convenere die designato e diversis provinciis non solum episcopi verum etiam quorumque ^{u)}) ordinum promiscuę plebis innumera multitudo. Erat enim autumnus ^{v)}) dies tercius Kalendarum Novembrium ante videlicet natale ipsius martyris, quę ^{w)}) omnia ritę ac solenniter, ut condecens (fol. 228^v) erat, explentes petierunt, qui aderant episcopi ac quique ^{x)}) religiosi patrem Willelmum, ut in die tantę consecrationis tam ipsis quam universę plebi inter sacra missarum sollennia divini elemosinam impenderet verbi. Ipse vero, ut erat bonis omnibus obsequens, agere non ^{y)}) distulit, sed mente pia, corde contrito,

a) salitudo B

b) fehlt R

c) quidem RBM

d) & BM

e) explicari R

f) -t auf Rasur F, nequit RBM

g) operae R, operis BM

h) artificialis RBM

i) fehlt R

k) derexit M

l) melodimate R

m) aut R

n) occepimus B

o) autore R

p) basilica R

q) wie S. 467 w)

r) expleta R

s) erstes r auf Rasur F, subrogato RBM

t) patres RBM

u) quorumcumque RBM

v) autumnus B

w) qui RBM

x) quinque, am Rand: „forte quique“ B

y) ü. d. Z. in F

²⁹⁾ Zum musikalischen Opus Wilhelms und zu den Consuetudines von St.-Bénigne s. B u l s t S. 193 ff. u. 249 Anm. 2.

³⁰⁾ Bischof Lambert von Langres (1016—30).